



DISSERTATI^O IN AVGURALIS MEDICA
DE
DIARRHOEIS
IN MORBIS ACVTIS SA-
LV^TARIBVS

QVAM
CONSENSV ET AVCTORITATE
GRATIOSI MEDICORVM ORDINIS
PRAESIDE

DN. D. HERM. PAVL. IVCH

SACRI PALATII CAESAREI COMITE,
FACULTATIS MEDIC. h. t. DECANO ET SENIORE PATHOLOGIAE ET PRAXEOS
PROFESSORE PUBLICO ET ADSESSORE PRIMARIO SERENISSIMORVM SAXONIAE
DVCM VINARIENSIS ET GOTHAN^I CONSILIARIO AVLICO ET AR-
CHIATRO NEC NON ACADEMIAE CAESAREAE NATVRAE
CVRIOUSORVM COLLEGA

PATRONO AC PROMOTORE SVO AETATEM
DEVENERANDO

PRO GRADV DOCTORIS

SVMMISQVE IN MEDICINA HONORIBVS ET PRIVI-
LEGIS LEGITIME CONSEQUENDIS

PUBLICO ERUDITORVM EXAMINI SVBMITTIT
AVCTOR

PAVLVS IOANNES FRIDERICVS
HELMERSHAVSEN
ERFVRTENSIS.

IN AVDIT. MAJ. COLLEG. MAJOR. HOR. CONSVENT.
Die IV. Iunii MDCLVI.

ERFORDIAE, Litteris HERINGIANIS, ACAD. TYPOGR.

DISSEST TID INNAGARIAZ MIDE
DE
DIARRHÖE
INMORIAS VCAZ DE
TUTARRIBA
GAK
CONSISTENS AVANTOTRATENS
CITRUS
DODONIA
KOKO
KOKO QKADA BEGETORIAZ
BUTYROSPIRA
KOKO TOLUCA
KOKO TOLUCA
KOKO TOLUCA



DISSE^TATI^O IN AVGVRALIS MEDICA
DE
**DIARRHOEIS IN MOR-
BIS ACVTIS SALVTARIBVS.**
PROOEMIVM.

Causa plurium errorum nostris temporibus a medicis commissorum maxima ex parte consistit in defectu semio-logicæ scientiæ, & experien-
tia docet, medicos expertos, quibus alias scien-
tia illa non denegari potuit, in praxi sua infe-
lices fuisse, nullam aliam ob rationem, quam
quia scientia illa legitimo tempore haud usi.

A 2

Non

Non intendo in præsentiarum de usu præstantissimo Semiologiæ loqui, sed breviter tantum allegare annitar quosdam effectus noxios, ortos vel ex defectu hujus scientiæ vel ex negligentia illius. Medicus scientificus sese distinguunt a medico empirico præcipue quoque in eo, quod, morbo recte perspecto, non per symptomata extraordinaria in insidias deducatur; ad hoc vero Semiologia absolute requiritur ut morbum tam quoad indolem & sua symptomata ordinaria quam quoad eventum rite perspiciat: Medicus ergo hanc scientiam negligens vel qui eam nescit, curat inscius qualem morbum remediis suis depellere conatur. Prior quidem cognoscit morbum sed in progressu illius non signis utitur, quibus de statu rei certior fit, negligit ex. gr. inspectionem urinæ, non inquirit pulsum, nescit ergo, quo morbus modo progreditur, utrum finis erit lethalis an salutaris, an mediæ indolis, utrum materia sit activa adhuc an correcta. Quem vero latet, practicum medicamenta sua juxta has circumstantias mutare & præscribere debere. Ut tantummodo unum casum allegem,
quam

quam multi moriuntur hanc ob rationem,
quia medicus non ad signa coctionis attentus
fuit, consequenter crisi non contingente pro-
cul dubio in materia minus correcta causam
quærit, quæ sæpiissime unice latet in defectu
virium, quum urina exhibuerit omnia pera-
ctæ bonæ coctionis signa. Sic etiam hospes
in Semiologia status morbi ignarus nescit an
hæc excretio occurrentis boni an mali quid præ-
figiat, & more plebis ab exemplo concludit,
& sic semper a particulari ad universale. Quis
enim nescit, non dari fere duo subjecta uno
morbo afflita, in quibus symptomata una ea-
demque, & pari passu ambulant excretiones,
sic enim morbus interdum solvit crisi quasi
adhuc ignota. Aequale fatum experitur diar-
rhœa in morbis acutis: quia hæc excretio sæ-
piissime lethales post se traxit effectus, absolu-
tæ nunc prædicatur lethalitatis in his afflictio-
nibus, & non respiciunt ad subjecta, ad con-
ditionem morbi, sed observationes minus
completæ palmam his præripiunt. Ergo non
ex statu morbi sed ex observationibus incom-
pletis indicationes suas deducunt, quid igitur ju-
dican-

A 3

dicandum de indicatis, nedum de effectibus. Multi adhuc inter vivos existerent, nisi excretio quædam extraordinaria, inter quas diarrhœa quoque locum quærit præmature sit inhibita. Semiologicus vero, qui morbi statum ab initio usque ad statum præsentem ex urina, ex pulsu, ex viribus, ex reliquis se- & excretionibus bene cognovit, prænoscere etiam potest, an subsequens excretio, ergo etiam diarrhœa lethales an salutares habeat causas, secundum has itaque methodum medendi dirigit, & recte regulis suis semiologicis conjungit quoque observationes non solum completas, sed etiam particulares quarum usus non plane negandus. Non inutile ergo puto si in sequentibus inquiero, sub quibus circumstantiis etiam diarrhœa in morbis acutis esse & fieri possit salutaris.

§. I.

§. I.

Alvus ut deponatur necesse erat, quia tam in canali intestinali & ventriculi partes relinquuntur, quae ob majorem suam cohaesionem a menstruis minus dissolvi poterant, ergo per vasa capillaria penetrandi inepta erant, quam in ipsa massa sanguinea a chilo & humoribus per continuum motum intestinum resolutorium partes secernuntur, quae ob crassitatem suam per peripheriam & alia loca emunctoria expelli nequeant. Quod vero hoc per intestina ob fabricam suam longe facilius impetretur, ab aliis jamjam abunde est demonstratum & simul ad scopum meum haud pertinet.

§. II.

Alvus vel est naturaliter aperta, vel est obstructa, vel excedunt dejectiones. Alvus naturaliter aperta dicitur, si excernitur per alcum, quod excerni debebat, ergo respondet dejectio ingestis tam quoad partes suas constitutivas sive qualitatem, tam quoad quantitatem. Alvus igitur est obstructa, si denegatus est transitus partium excrementiarum per alcum. Si vero dejectiones excedunt, singularem accipit denominationem & audit diarrhoea.

§. III.

Diarrhoea est copiosa & frequens seri cum fecibus mixti per alcum excretio. Proinde diarrhoea tanquam genus varias comprehendit species; biliosa enim dicitur, si partes biliosae cum sero copioso & fecibus sunt mixtæ, cruenta vero denominatur, si sanguis est commix-

commixtus, & sic variam accipit denominationem a diversitate partium commixtarum.

§. IV.

Diarrhoea tanquam actio læsa seu symptoma supponit morbum quendam, qui vero diversæ indolis esse potest, & a diversis simul causis dependere. Juxta morbi ergo & ejus causæ conditionem differt quoque salubritas & insalubritas diarrhoeæ. Sed non negare possumus, quod etiam accidentia multum hac in re variare possint, quæ in temperamento, consuetudine, morbi & aetatis tempore &c. confistere possunt.

§. V.

Generaliter observatum est, diarrhoeam magis esse familiarem morbis chronicis & minus morbis acutis, quam ob rem diarrhoea satis copiosa non adeo reformidatur in morbo chronicus, quam levis tantum in acuto, præsertim vero ab imperitis, qui tantum res dijudicant quatenus in sensus incurront & essentiæ morbi insciæ sunt; nam observationes quoque docent, morbum acutum interdum satis gravem diarrhoea esse solutum, & vice versa morbum chronicum in vigore permanisse, et si diarrhoea successerit. Ergo non omnis diarrhoea est reformidanda in morbis acutis, sicut non omnis salutaris deprehenditur in chronicis. Necesse ergo est, ut in causas & effectus hujus excretionis inquiramus, quod in sequentibus absolvere intendimus.

§. VI.

Diarrhoea vel est salutaris vel noxia. Haud levioris utilitatis esse puto, si antea consideramus, sub quibus

bus circumstantiis diarrhoea noxia evadere possit, tunc enim facilioris erit negotii ad utilitatem ejus concludendi.

§. VII.

Noxia erit, si occurrit in subjecto viribus jam destituto; auget enim decrementum virium, ad legitimum vero decursum morbi requiruntur sufficietes vires tam materiam peccantem & heterogeneam rite præparandi & ita disponendi, ut ne quoque aliae partes massæ sanguineæ adhuc utiles pervertantur & statum morbi augeant partim vero ut aptæ ad excretionem ex massa humorum & demum ex toto corpore eliminentur, ne novum pabulum morbo suppeditaretur. Sine viribus vero præparatio materiae morbificæ impetrari nequit, actio enim partium noxiarum major est reactione. Quia vero materia præparata & cocta ordinarie ex vasis majoribus per minora expelli debet, stagnaret, si vis cordis & arteriarum non eam per tales angustos canales protruderet. Ad diarrhoeam vero salutarem requiritur ut sit sufficiens, cum vero sit actio aucta requirit quoque majorem affluxum spirituum & sanguinis. Si subjectum vero viribus jam est exhaustum, hic contingere nequit, ergo materia peccans postea saltem stagnabit, si etiam in principio ex parte expulsa; impedit ergo nonsolum subsequentem excretionem partium noxiarum, sed etiam, quia est materia peregrina & stagnat in primis in loco calido & plerumque est putredinosæ indolis, novos inducit morbos vel symptomata graviora, quæ statum morbi præsentis deteriorem reddunt.

B

§. VIII.

§. VIII.

Hoc ex fundamento quoque talis diarrhœa in morbis acutis ex noxia, quæ causam morbi non tollit. Nam accidit interdum, diarrhœam excitatam fuisse a vitiis diætæ commissis vel a medicamentis incongruis vel alia ex causa. Si vitium diætæ commissum, partes minus concoctæ remanent, quæ juxta conditionem ingestorum vel in putredinem vel in fermentationem abierant. Utroque modo acrimoniam acquisiverunt, sive ut tales in massam sanguinis transiissent, statum & periculum majora & pejora reddidissent sive etiam beneficio fortasse naturæ hæc materia cruda expellitur & sic transitus impeditur & cohibetur ad massam jam corruptam & acrem; tamen non salutarem prædicare possumus, si non simul causam morbi tollit vel immuniuit; nam vires jam prostratae eo magis detrahuntur corpori, causa morbi tamen manet in vigore, hæc post diarrhoeam adhuc majorem exferere potest tyrannidem suam, quia resistentia est imminuta, & id deficit ob defectum spirituum, quod massam resolutam, viscidam ex parte & acrem temperare possit. Ergo morbus gravior redditur potius per talem diarrhoeam quam ut imminuatur. Ad hoc accedit, quod non facile nobis concipere possumus, materiam crudam a vito diætæ ortam & quæ ad excitandam diarrhœam sufficiens erat, solo in ventriculo & intestinis remansisse, sed procul dubio aliqua pars & quidem subtilior acris cum chilo ad massam sanguinis transiit, qua ergo causa morbi augetur.

§. IX.

in methodisq; do sib; s; o; p; d; f; t; m; r; e; n; g; o; g; r; e; s; h;
S. IX.
Diarrhoea vel a vitiis diætæ excitata, vel a medicamentis vel alia ex causa qualicunque, si causam morbi non auffert in morbis acutis est noxia, quia in his mafsa sanguinis acrimonia laborat, quæ continuo dissolvit mixtionem bohā humorū, hæc ordinarie temperatur & ejus actio impeditur & imminuitur per serum blandum; quo magis enim Thia diluta, eo minus ageare possunt; per definitionem vero, diarrhoea est copiosa excretio seri, ergo diarrhoea absimilitur, quod acrimoniam præsentem temperavit, partes igitur Thoi & reæ liberiores & activiores redundunt augent hinc motum intrinsecum resolutorium, qui novas partes activas liberas reddit, sic augetur resolutio, & si febris est conjuncta necessario augmentum ei accedit & status morbi ex causis intrinsecis periculosior evadit.

S. X.

Minus quoque salutaris deprehenditur diarrhoea si subjectum est plethoricum, & pro gradu plethorae variat etiam periculum inde metuendum. In talibus subjectis enim præcipue ponimus spem in evacuatione sanguinis vel naturali vel arte facta. Nunc si subjectum supponamus plethoricum, subintelligimus quoque ventilationem sanguinis non esse institutam; diarrhoea ergo si acceperit, impedit hanc salutarem excretionem, si non semper, tamen plerumque. Nocet porro detrahendo serum temperans; ergo partes solidiores arctius combinantur, id quod actionem partium activiorum impedivit cessat, ergo haec nunc libere agunt, partes crassiores vestres secedunt ob gravitatem suam, hinc in-

B 2

de

de ergo generantur stases, quia vasa ob plethoram nimis dilatata non decenti vi simul in contenta sagere possunt & sic via panditur juxta circumstantiarum rationem & subjecti conditionem spissitudini inflammatoriae, fusioni humorum, gangrænae & sphacelo. Nunc morbi a plethora orti maxime consistunt inflammatoribus, sic ex praecedentibus fluit, causam immediatam morbi nempe spissitudinem inflammatoriam augeri & medium ordinarium solutionis nempe hæmorrhagiam impediri. Non vero defendere conor, quod omnis inflammatio solvatur hæmorrhagia, asserto enim contradicit experientia, hoc vero tamen confirmant observationes inflammationem venæ sectione neglecta faciliter solvi hæmorrhagia quam alia excretione. Sed cum peripherica excretio morbo inprimis per aliquot dies jam durante utilissima sit, hæc per diarrheam raro adjuvatur, sed plerumque magis imminuitur. Eo pejoris indicii est si statim in principio morbi acuti contingat, ubi nec resolutio nec suppuration facta; materia peccans igitur minus preparata deprehenditur, consequenter ad evacuationem est inepta, quid igitur judicandum de materia excreta & de effectibus hujus excretionis. Nocere ergo potest diarrhoea in plethoricis 1) non absumento caufam morbi 2) desumento vires & serum temperans 3) impediendo alias excretiones salutares.

§. XI.

Sic quoque diarrhoea parum utilitatis afferit, si non tempore critico observatur in morbis acutis; critica enim tunc non est praedicanda. Observatum enim est ab

ab antiquissimis jamjam temporibus, morbum acutum intra hoc vel illud dierum spatium solvi, id est, materiam peccantem ad excretionem ac praecedentem correctionem certum tempus requirere, & id sit vel crisi perfecta, vel quod frequentius in nostris regionibus occurrit excretionibus tantummodo criticis, et si, quia est determinatum, non a priori demonstrare possumus, cur observatis diebus saltim contingat. Si igitur excretio fit extra hoc tempus materia peccans non eliminatur; et si etiam sit materia peccans, tamen non talis deprehenditur, qualis requiritur, ergo ab aliis causis dependet excretio, quae plerumque in fusione humorum, vel in gangraena & sphacelo latet. Excretio critica indicatur signis coctionis & interdum etiam, qualis excretio sit expectanda, hoc contrario se habet, si non critice accipienda est. Diarrhoea ergo extra tempus criticum eveniens non signis coctionis indicatur & raro signis excretionis, quae tamen ad salutarem excretionem in morbis acutis requiruntur. Materia igitur, quae excernitur non est materia correcta & ad excretionem præparata, erga non solvit morbum, sed defunxit vires & impedit crisi fortasse subsequutam. Hæc sunt intelligenda, si ante dies criticos successerit diarrhoea; si vero post dies judiciales observatur, crisi peracta, salutem quidem afferre potest, sed in strictiori significatu non in morbo præsente; nam criticis diebus præterlapsis aut crisi peracta, vel morbus est solitus, vel aliis acutus excitatus, vel acutus in chronicum degeneravit.

§. XII.

Si etiam tempore critico successerit, tamen in acutis morbis maxime est timenda, si nullum subsequitur levamen, & symptomata ea augentur. Morbus acutus, quia sua natura semper auget status sui periculum, & in detrimentum corporis ruit, omni qua possibile est celeritate tollendus; ergo quoque omnes excretiones salutares sedulo promovendæ. Diarrheam consequenter, si non statim in initio detrimenti sui notas exhibet medicus si non promovet tamen non impedit, hanc si nullum excipiat levamen, non semper est in potestate medici alias excretiones, quæ materiam peccantem evacuare possent resuscitare & promovere, cum hæ diarrhœa sint interruptæ & saltæ requirunt aliquam moram, ob morbum acutum vero hæc concedi nequit, ergo materia peccans evacuanda manet in corpore & periculosissimos edit effectus. Porro desumit vires in omnibus morbis sic in acutis præcipue necessarias, auget intemperiem sanguinis jamjam præsentem, irregularē reddit circuitum sanguinis & spirituum affluxum, symptomata hinc graviora oriuntur & sub hoc adspicere fere semper est signum subsequituræ mortis. Majoris adhuc est periculi, si ut plurimum simul est nimia diarrhœa, omnes enim excretiones in corpore fientes, si sunt nimiae, nihil boni præfigiunt. Duplici ergo ex fundamento nocet talis diarrhoea 1) quia per se est noxia 2) quia, ut nimis, vertitur in vitium. Diarrhœa quæ nullum adfert levamen, causam morbi non tollit, a materia peccante haud excitata, ergo aliam causam agnoscere debet, hæc ut in præ-

præcedente jamjam dixerimus § o latet, si in primis tempore critico evenit, nullis signis coctionis prægrefsis fere semper in resolutione summa humorum, qua partes ita dissolutæ & vinculo suo destitutæ, ut omnia etiam minutissima transeant vasa. Interdum quoque a corruptione summa dependet particulari, quæ dicitur gangræna & sphacelus.

§. XIII.

Hæc sufficient de noxio effectu diarrhœæ. Sub multis aliis adhuc circumstantiis in morbis acutis in detrimentum corporis humani directa esse potest, quas omnes allegare partim angustum spatiū determinatum, partim vero & præcipue instituti mei ratio non permittunt. Hæc vero quia magis generaliter accipienda præmisi, ut facilius ad contrarium nunc concludere possim nempe ad salubritatem diarrhœarum in morbis acutis, de qua in sequentibus mihi sermo erit. Adhuc vero moneo, quod ob prædictas rationes non omnes circumstantias adduxerim, quæ diarrhœam ad absolutam lethalitatem determinant, quare plerumque de possibilitate noxiæ suæ qualitatis me loqui oportuit, ut inde clarum appareat si diarrhœa insalubris est, quomodo generaliter imagis noxia sit.

§. XIV.

Id medice dicitur salutare, quod statum nostri corporis sanum conservat, alteratum vero vel ægrotum aufert vel meliorem & perfectiorem reddit. Diarrhoea ergo si dici meretur salutaris, statum ægroti meliorem efficit, quia ut præternaturale stricto in significatu in statu sano non occurrere potest, nam si

etiam

etiam contingat in subjectis cæteroquin sanis, tamen supponit ut symptomata impotentiam quandam decenter exserendi actionem secundum naturalem structuram partium, sive morbum, et si etiam non in sensu incurrat. Statum præternaturalem emendare possumus generaliter vel avertendo causam, vel accessum aliarum causarum, vel imminuendo causam, hisce tribus modis etiam in symptomata agimus. Hac generali methodo diarrhœæ quoque in morbis agunt, si salutariter decurrent, sed norandum diarrhoeam in acutis morbis fere solum avertendo vel imminuendo causam salutariter operari, nam si alios interdum quoque absolvit modos, vel hac via etiam progreditur, vel saltē in se spectata est salutaris, sed in relatione ad statum morbi acuti non ita accipienda. De his & de accidentalibus, quæ actionem diarrheearum in morbis acutis alterant & salutarem reddunt, nunc mihi erit agendum.

§. XV.

Primum locum obtinet, si diarrhœa cum euphoria est conjuncta, omnis enim excretio quæ materiam peccantem evacuat, bonum exhibet signum, excretio vero, quæ levamen si non plenariam solutionem morbi inducit, in morbo acuto, materia peccantem ut evacuaverit neceſſe est, si enim illam intactam reliquisset, nōxia eo ipso quoque fuisset, secundum dicta in §is 7. & 8. Non absolutæ consequentiæ est, omnem materiam peccantem esse evacuatam & hoc non requiritur, sed quia materia in morbis acutis maxime volatilis deprehenditur naturæ, hæc quoque commodius per emunctoria cutis evehitur. Hæc materia acris & volatilis plerumque

que simul viscidio inhæret, & ut talis non evacuari potest, ergo viscidum & partes crassæ antea separandæ & evacuandæ. Si tali in casu nunc contingat diarrhoea, absunt viscidum, quod antea ex parte in glandulis intestinorum stagnavit & per vim cordis & arteriarum expulsum est; cum viscidio vero simul abeunt partes Œnæ acres volatiles, quarum plurima pars tamen massæ sanguinis adhuc inhæret, haec nunc facilius per diapnoen expelli possunt, cum partes crassæ, quæ antea transitum impediverunt, secesserint per diarrhoeam serum ad temperie in harum partium activiorum æque ac ad excretionem illarum necessarium, non absuntum, quia diarrhoeam euphoria excipit, ergo concludendum quod partes crassiores viscidæ per intestinorum fabricam sint eliminatae cum sero abundante, reliquæ vero partes subtiliores postea per diaphoresin eliminantur, & sic salutari excretione peripherica per diarrhoeam ad tempus impedita, nunc ea magis promovetur, quam impeditur. Supponitur vero semper materiam qualcumque ad excretionem fuisse aptam id quod ex subsequente levamine facile colligi potest. Si enim morbus decrescit salutariter ex conceptu de decremento fluit, causam morbi actionem suam si non plane tamen maxima ex parte amisisse, quo modo vero actionem suam amittere vel imminuire potest, nisi materia peccans sit imminuta vel evacuata, semper enim adeat causa causæ, ergo causa causati: Per metastasis quidem a parte nobiliori ad ignobiliorē transferri potest materia, quæ non imminuitur & evacuatur, sed hoc decrementum morbi non est salutare in genere, cum no-

C

vum

vum iterum inducat morbum, sed tantummodo salutare denominatur, quia majus periculum minori excipitur. Si vero evacuatio fit, & morbus decrescit postea, id est actio causae imminuitur, necessario materia sive causa causae est ablata, & majori cum jure pro salutari tenetur quam metastasis, cum haec non solum morbum presentem tollat, sed etiam novum haud inducat. Talis diarrhoea ergo non est secundum conceptum quorundam, qui sibi persuasum habent, omnem diarrhoeam in morbis acutis esse noxiām fistenda, sed peritus medicus eam potius si necesse est sedulo adjuvabit.

§. XVI.

Sed probe simul est attendendum, utrum levamen sit constans an tantummodo temporarium. Evenire enim potest, symptoma quoddam, quod ægro fortasse fatis molestum fuit, hac diarrhoea esse solutum, & hac ex causa levamen induisse sed probe tunc respiciendum, utrum non hoc levamen temporarium & particulare excipiat augmentum morbi ipsius quomodo hoc fiat clarum appareat ex §§. 8. & 9. Certiores hac in re reddimur, si consideramus materiam excretam, utrum haec materia morbo sit conveniens & materia peccans sit, an non, & haec excretionis aucta tantum ab accidenti dependeat. Simul observandum, si levamen in toto corpore observatur, si id imminuitur quod ad essentiam ipsius morbi pertinet, tunc certius affirmare possum, euphoriam futuram constantem & veram. Hac in re multi non solum inter plebejos sed quoque inter medicos errant, qui omnem excretionem, quæ bonam repræsentat faciem pro salutari habent, & postea sibi non

non concipere possunt, quomodo talis excretio bona medicamentis etiam fortasse adjuta noxias & tristissimos edere potuisset effectus. De tali levamine temporario mihi in praesentiarum non est fermo, sed de euphoria vera & perfecta.

§. XVII.

Ut antea jamjam dictum, regulariter plurimi morborum acutorum solvuntur diaphoresi, & nulla excretio quoque sic medico curæ est quam illa, præser-tim, cum magis universalis sit, ea quoque una vice plures partes noxiæ evehi possunt, & simul non ita desu-
mit vires simul & semel ac diarrhoea, si excipiimus quan-do a resolutione dependet, & gradu nimis excedit, & periculosum est, si in totum supprimatur reliquis etiam bene succedentibus. Experientia teste tamen scimus, morbos non uno eodemque semper modo, sed inter-dum quoque mirabili ratione solvi, sic interdum levis abscessus in externis tantum partibus eveniens graves & rebelles morbos solvit & hac de re ob-servaciones pra-
cticorum celeberrimorum nobis innumerabilia suppe-ditant exempla. Non ignoro hoc rarius occurrere in morbis acutis, sed in his tamen ob-servatur, unum eundemque morbum acutum in hoc subiecto diaphoresi esse solutum, quem in alio diuresis vel expectoratio vel diarrhoea solvit, & in fine etiam medico perinde esse potest, per quas vias obtingat excretio, si materia pec-cans tantum legitime evacuatur, & viæ sunt naturales. Imo quibusdam in casibus nihil melius obtingere potest quam si una excretio alteram excipiat. Supponamus enim, omnes morbos acutos solvi diaphoresi ordinarie

C 2

hac

hac nunc suppressa ex vitio quodam commisso, nonne diarrhoea succedens salutaris vocanda, si non per se noxios edat effectus, sustinet enim vices periphericæ excretionis, & evacuat materiam peccantem, præcipue si suppressa diaphoresis ut §o 15. indicatum est, diarrhoea iterum restituatur. Concludo ergo, diarrhoeam in morbo acuto, qui alias solum diaphoresi vel alia determinata excretione solvit, si cum euphoria est conjuncta etiam vices sustinendo hujus excretionis posse esse salutarem.

§. XVIII.

Quomodo diarrhoea in subiecto viribus jam destituta noxie agere potest ex §o 7 apparent, sic a contrario (cæteris paribus) salutaris est, si subiectum in quo occurrit satis adhuc robustum deprehenditur. Non solum diarrhoea melius succedere potest, sed etiam effectus inde dependentes magis amoenam ostendunt faciem. Primo ergo non timendum, quod diarrhoea ob defectum virium subsistat, & hac ex causa tristissimos edat effectus, requiritur enim ad diarrhoeam salutarem & in primis criticam ut sit sufficiens, quæ multas consumit vires, hisce deficientibus vel plane non succedit vel impeditur. In hoc quoque multoties consistit ratio, cur morbus regulariter decurrens quasi in fine periculosior fit, & hac ex causa tunc a medico analectica, in morbis acutis alias provide faltem concessa, largius conceduntur & præscribuntur, ut nempe crisis vel excretio critica melius succedat. Si vero subiectum satis adhuc est robustum, propriis viribus materiam criticam & excrementitiam expellere potest. Si enim excretio

cretio aucta critica vel salutaris succedere debet, antea materia excernenda stagnat in glandulis & vasis extremitis intestinorum, dilatat vasā & sic via panditur excretioni, ultimum tantum requiritur ad legitimū successū, ut nempe hæc minima vasā a materia stagnante & dilatante liberentur, hoc impetratur per sufficiens robur cordis & arteriarum quod supponit vires sufficientes. Secundo si supponamus, vires adesse sufficientes, sperandum, quoniam non omnis materia peccans per hanc excretionem auctam expellitur reliquias excretiones eo melius successuras, quæ reliqua parte materiæ malignæ & in primis volatili subtiliori massam sanguinis liberant. Ex physiologicis enim & pathologia generali patet, quod ratio legitimū successus excretionum & defectus earum maxime consistat in robore naturæ & quod robur naturæ appareat & diognosci possit ex legitimo successu se & excretionum, ergo si robur sufficiens naturæ adest, etiam reliquæ excretiones bene succedent, et si diarrhœa prægressa sit. Interdum defectus virium tantummodo est apparenter talis, ut ita dicam, id est partes solidæ ad partes fluidas relative adhuc sunt in statu naturali, ergo in vigore; partes spirituosa vero in massa sanguinis hærentes commode secerni nequeunt, quia partim corrupti puntur ex parte acribus partibus, partim ob viscidi simul interdum coniunctum non liberari possunt; Diarrhœa vero succedente aufertur status viscidus, ergo spiritus liberari possunt & eam adjuvare, ac quoniam restituendo elasticitatem partium solidarum non diffundantur & consumuntur, partes ònas acres temperare

C 3

&

& per alias excretiones expellere possunt, & sic simul alterum impedimentum secretionis spirituum tollitur. Si vero ratio defectus spirituum tam in continente quam in contento hæret, multum temporis requiriatur ad restituendum pristinum statum, quod vero morbi acuti non permittunt.

§. XIX.

Si diarrhoea levamen inducit morbi, causam morbi tollit vel imminuit, nam morbum tollere vel immunuere est causam ejus tollere vel imminuere. Ne vero ex post tristis ludatur scena, necesse est, ut sit quidem sufficiens sed non excedens. Si enim excedit, partes non solum excrementitiae abeunt sed simul partes utilles atque salutares. Hoc evenit, si intestina & vasa sunt nimis relaxata & dilatata, ut igitur contingat affluxus nimius ad hanc partem debilitatem & minorrem resistentiam exferentem. Non negare possumus in omni diarrhoea quoque partes utilles abire, sed non in tanta secedunt quantitate, ut notabile inde dependeat decrementum corporis, & signum inde deducitur, quodsi partes utilles simul nunc excernantur, excretionem esse sufficientem, & materiam malignam excretam, quam ob rem vasa dein fese iterum naturaliter constringant. Si vero nimis est affluxus versus hanc partem, tonus fere plane detrahitur his vasis, quæ naturaliter jam debilem habent resistentiam. Causa hujus dilationis & subsequentis excretionis nimiae plerumque in eo consistit, quod materia non satis fit correcta & præparata, ergo nimis viscida & fortasse simul acris quæ corrodendo & continuo stimulo debili-

lem

lem destruit tonum. Secunda causa est juxta sum præcedentem si vires non sint sufficietes. Materia ad has partes delata stagnans continuo accumulatur, ergo mole sua nimis extendit vasa. Vis si acceſſerit, qua liberari possint onere suo, tamen tonus debilitatus non statim restitui potest, ergo partes noxiæ & utiles hæc vasa nimis dilatata permeare & tranſire poſſunt. Accidit interdum etiam, ut si nimis accumulatur moles, non materia a vi premente expellatur, sed vasa ſunt disrupta, & quid obſtat, cur partes utiles non etiam tranſeant. Tertia principalis cauſa eſt fuſio humorum, vel ſi materia acris in tali quan-titate & qualitate adſuit, ut vires corporis vel actio medicamentorum, eam ſuperare haud potuerint, vel quod ſpecialius ad nos pertinet, ſi diarrhoea alias excretiones nimis impedivit, & ſero ſuccederit; tunc enim, quia partes actiuiores in massa adhuc hærent ſanguinea, fundunt eam, ut igitur hæc partes resolutæ vasa etiam minima intrare poſſint, etſi non ſint nimis dilatata. His tribus modis præcipue (aliis non ex-clusis) diarrhoea etiam in principio pro ſalutari habita ex post noxia eſſe potest. Si igitur diarrhoea non excedit ramen ſufficiens eſt, indicat materiam peccan-tem eſſe evacuatam, ergo cauſam morbi eſſe ſublatam, vires addeſſe ſufficietes, & reliquas excretiones legitime ſuccelluras, quarum ope morbus plane tolli-tur. Signa excessus diarrhoeæ præcipue in iis conſiſtunt morbus antea imminutus incrcſcit iterum, vires magis magisque decrēſcent, dejectiones ſunt numeroſiſſimæ & materia excreta quoad qualitatem minus morbo

morbo respondet. Signa vero sufficientis diarrhoeæ sunt, si dejectiones non nimis cito sese excipiunt, si morbus magis magisque decrescit & materia excreta paulatim simul quantitate & ratione qualitatis magis ferosa & Vsa evadit interdum etiam accedit accessus virium.

S. XX.

Sed operæ pretium erit, si in tractatione de salubritate diarrhoearum in morbis acutis etiam subjecta consideramus, notum enim imo notissimum, non solum modum agendi medicamentorum, sed & ipsos morbos & effectus eorum ab his diversimode determinari. Quam ob rem ab antiquissimis jamjam temporibus inter ipsa subjecta distinctione facta, & huic speciei hoc morborum genus est adscriptum alteri aliud, ex continuata praxi enim edocti sunt, hunc vel illum morbum fere cum constitutione quadam corporis esse coniunctum & quod rarius contrarium locum inventiat. Recentiores, qui anatomia magis exulta strueturæ corporis gnari sunt, clariores sibi formare possunt ideas de possibilitate & necessitate simul vero de usu hujus conjunctionis & distinctionis. Sic cum ratione scimus, cur quidam morbus sit congruus ratione ætatis, sexus, temperamenti &c. Diarrhoea ergo tanquam excretio ferosa congrua est in subjectis ferosis quare etiam medicus eam non reformatabit in morbis acutis, si subjectum est ferum, & aliae circumstantiae non mali quid de ea praesagiunt. Ratio quoque facile appetit. Ad legitimam temperiem requiritur legitima quoque partium massam humorum consti-

constituentium inter se proportio. Subjectum quod dicitur serosum abundat talibus partibus, quæ vero in statu sano beneficio naturæ per auctas excretiones inde dictas serosas eliminantur, ut igitur norabilis effectus earum ordinarie non conspicatur. In statu præternaturali ergo, ubi hæ excretiones magis impedite observantur, bonum si abundans serum eliminatur & hoc sit per diarrhoeam secundum definitionem. Corpus ergo mole aucta liberatur & effectus alias time scendi non metuendi, nam si non est excedens, serum temperans in corpore adhuc manet, & actio noxia seri, si diarrhoea est legitima imminuitur, tantum enim excernitur serum excrementitium, quod morbū ante aggravare potuit.

§. XXI.

Nunc consideramus in quibus subjectis diarrhoea cæteris paribus salutaris esse possit. Ad producendas serofitatem apta magis inveniuntur subjecta, quæ habent temperamentum frigidum & humidum, id est, phlegmaticum ex conceptu enim humidi fluit, in his, partes ∇ fas esse in prædominio, & quia simul sunt frigi, calor five partes $\text{f}reæ$ sunt in subdominio, quæ alias partes humidas facile dissipant. Temperamentum calidum & humidum etiam majori in quantitate producit partes serosas, quod in his ut in phlegmaticis saepius ex aspectu externo dijudicari potest, ob laxum enim statum suum partium solidarum mixtio partium serosarum cum particulis rubicundis non ita perfecte observatur ac in cholericis. Sed phlegmatici magis inclinant ad statum serosum quam sanguinei, quia in his

D temper-

temperamentum magis est æquale, & partes humidæ ob laxum suum statum prognatæ a partibus fœris quoque dissipantur facilius, tamen in relatione ad reliqua temperamenta sanguineum cum phlegmatico magis dispositum est ad serositatem diarrhœa ergo etiam in his subjectis eveniens plus salutis quam detrimenti præfagit, & naturaliter etiam talia subjecta, si vitium quoddam commiserunt, ad diarrhœam præ alia excretione inclinant. Hic mihi vero sermo est de diarrhoea ut plurimum est, nempe striete sic dicta serosa, datur autem secundum §. 3. quoque diarrhoea biliosa, hæc subjectis cholericis magis est familiaris, & in his etiam minus periculosa ac in aliis, quia hi naturaliter partibus fœris laborant quæ in majori quantitate in statu præternaturali, si imprimis earum secrecio impediatur, sece cum sero commiscent. Sic diarrhoea pituitosa & atrabilaria salutaris sæpius observatur in melancholicis, quia hi naturaliter talibus partibus abundant. Sed talis diarrhoea est magis particularis, & si serum majori in quantitate absunt, in melancholico præcipue dein in cholericis noxia ex post evadere potest, quæ salutaris manet in sanguineo & phlegmatico ob abundantiam harum partium.

§. XXII.

Ex his nunc fluit, quod in sexu sequiori diarrhoea quoque magis sit salutaris. Fœminæ enim paucis exceptis naturaliter sunt structuræ laxioris, quare earum temperamentum fere ordinarium frigidum & humidum esse solet ergo partes serofæ sunt in prædominio ergo etiam jacturam earum sine noxa in morbis acutis pati

pati possunt sed in his probe respiciendum, an diarrhœa imminuat & impedit fluxum mensium, & lochialem in puerperis, hæ enim excretiones tanquam excretiones naturales & necessariæ magis sunt attendendæ, & sic diarrhœa uno salutaris esse possit modo & altero noxia. Sed ea tamen quæ in §o 10. dixi de subjectis plenioricis non ad fœminas sunt adplicanda: nam 1) suppono plethoricum qui non cacochymia ferosa laborat 2) non concedere possum, fœminas semper esse plenioricas, sed limitari debet thesis, tantummodo aliquot dies ante erupcionem mensium plurimæ sunt plenioricæ vocandæ & hoc tempore, si morbus acutus præsens, diarrhœa etiam non multæ salutis erit. Ex allegatis causis quoque apparet infantilem & puerilem ætatem magis proclivem esse ad diarrhoeam, ergo etiam in his, si morbo affliguntur acuto diarrhœa magis salutaris erit si in primis causam morbi tollit & non excedit.

§. XXIII.

Inde etiam demonstrari potest, cur meliores edere possit diarrhœa effectus, si causa morbi acuti magis latet in fero quam in parte rubicunda massæ sanguineæ. Si morbus enim excitatur acutus a fero, quantitate sola illud quidem non peccabit, sed vel sola qualitate, vel qualitate & quantitate simul. Si qualitate peccet, evacuatione sua prodest, et si non corrigit qualitatem suam vitiatam & causam morbi imminuit. Si qualitate & quantitate simul noxium est serum; effectus diarrhoeæ salutaris magis in oculos incurrit, detrahit quantitatem auctam vitiatam, ut igitur facilius tunc medicus medicamentis suis qualitatem alterare & corrigere possit.

D 2

Sed

Sed ex hoc non sequitur, ut non etiam profit in morbis acutis a rubicunda parte excitatis, si enim rarissime illam qua talem excernit tamen mutatam educere potest. Porro inde non constat omnes morbos a sero originem ducentes salutariter auferri debere diarrhoea, nam alia adhuc existant excretiones, quae æque ac diarrhoea serum evacuant.

§. XXIV.

Observamus quoque excretionem quandam cuidam homini magis esse familiarem quam alteri, cuius ratio non semper in temperamento & conditione universali corporis latet, sed peculiaris structura hujus vel illius emunctiorii ansam præbet & experientia docet leviores quoque morbos hac excretione tolli. Sic nonnulli sudoribus copiosis in primis matutinis adfueti, alii diuresi aucta gaudent, & in quibusdam excretio alvina in prædominio quasi est, & subjecta talia etiam ex defectu earum concludunt ad imminentem quendam morbum quare etiam medici clinici attentis semper respiciunt oculis ad hanc excretionem prædominantem ac in exspectanda crisi illam opinentur, et si etiam excretio alias morbo præsenti non sit familiaris. Nescio nunc quid impedit, quo minus hoc in morbis quoque acutis ratione diarrhoeæ locum inveniat, ergo etiam inde momentum salutis diarrhoearum in morbis acutis occurrentium deduco, si non alia majoris ponderis contradicant.

§. XXV.

Tandem etiam in generaliori consideratione salutaris effectus diarrhoearum in morbis acutis dirigamus oculos

oculos ad tempus quo occurrit. Nullum tempus igitur vi contrarii dictorum in §o XI. magis opportunitum est quam tempus criticum. Si enim tunc signa bona notæ adfint, ut inde crīsis expectetur bona, materia est præparata & ad excretionem apta, concludendum, diarrheam subsequentem materiam præparatam & aptam evacuataram, & sic morbum soluturam, ergo cum euphoria erit conjuncta, si in primis accedit, hanc excretionem semper fuisse in prædominio, subjectum esse serosum excretionem esse sufficien tem & non excedentem, vires non contra indicare. Quod reliqua attrinet tempora, in decremente morbi adhuc salutem afferre potest, auferendo reliquias cras fiores materiae peccantis. Sed ut antea jamjam dictum est, si in strictiori sensu accipimus morbum hic crīsi absoluta perfecta nullum amplius invenit locum; causa enim sublata tollitur effectus; tamen quia aliquod tempus ad restituendas vires requiratur & conservandam temperiem, decrementum adhuc nomine morbi insignitur præterlapsi. In incremento vero & initio morbi rarissime salutaris erit.

§. XXVI.

Nunc adhuc licebit paucis allegare, quomodo specialiter diarrhea salutaris sit in morbis acutis. Pauci morborum acutorum inveniuntur sine febre. Specialiter ergo salutaris est diarrhea, si impetum febris imminuat. Febris vel est causa vel est effectus morbi acuti, quia vero febris est universale quid semper constituit symptoma urgens, præcipue quum reiolutione continua massam sanguinis partibus activioribus ac cumulat,

D 3

cumulat, quod hæ vero statum semper deteriorem reddant, superius jamjam est dictum. Si igitur diarrhoea imminuit impetum febris, imminuit simul symptomata urgens si non est causa, ergo eo ipso symptomata a febre producta. Si vero causa morbi latet in febre & diarrhoea eam imminuit, salutaris est imminuendo causam.

§. XXVII.

Quomodo vero diarrhoea impetum febris imminuat facile nobis concipere possumus. Febris acuta tanquam intemperies calida universalis supponit abundantiam partium & rearum & Thnarum in massa sanguinis, quæ stimulando & irritando, partes solidas ad majorem motum excitant, simul vero dissolvunt mixtionem partium fluidarum, ut igitur non solum novæ partes libere agere possint, sed & ipse motus fluidorum auctior redditur per motum intestinum vegetiorem a resolutione excitatum. His partibus legitimo tempore excretis febris imminuit, si non, ut in continentibus, ita status morbi comparatus esse debet, ut semper novæ partes activæ restituantur in locum excretarum. Hinc necessario fluit, quod febris augeatur, si excretio harum partium impediatur, vi contrarii vero quoque verum est, quod status morbi imminuantur, si plures viæ apertæ sunt per quas hæ partes eliminari possunt. Ergo diarrhoea auferendo has partes & viam pandendo ulteriori excretioni in febribus acutis imminuit si non in totum tollit impetum febris. Sed non universalis est usus hujus excretionis, ac probe respiciendum ad consequentias nam

I)

1) non omnes morbi acuti febre sunt stipati 2) si febris est symptomata saltem diarrhoea quoque aliqua ratione nocere potest, nisi supponamus vel causam esse sublatam simul vel imminutam quod fere semper etiam locum habet, nam si febris est conjuncta & est symptomata tamen causam constituit remotam simul durationis & aggravationis morbi resolutione & irritatione sua continua.

§. XXVIII.

In febribus inflammatoriis interdum contingit quoque diarrhoea salutaris, cum plerumque in his febribus sit reformidanda, cum semper fere constitutum signum transitus inflammationis in gangrenam & sphacelum. Inflammatio si aufertur vel materia obstruens resolvitur, quod statim primis in diebus evenire debet, & hoc dicitur discussio inflammationis, vel inflammatio transit in suppurationem, vel abit in scirrum & abscessum, si partes crassiores relinquuntur, fluidioribus feceslis, vel transit in gangrenam & sphacelum si partes acres stagnantes non temperantur & corroendo & stimulando connexionem partium inter se plane solvunt. His modis ordinarie finem obtinet inflammatio, priores relative salutares deprehenduntur posteriores noxiae & diarrhoea saltem sub his prioribus salutaris erit. Inflammatio si discutitur, obstructio non solum ut levior fuerit sed & ut massa sanguinis non adeo partibus activioribus abundet & serum temperans in decenti ut adsit quantitate necesse est, quod impedit majorem resolutionem materiae obstruentis & simul disponit, ut iterum vel in circulum veniat vel excernatur

tnr

tur discussione facta, diarrhœa salutariter occurtere potest si nempe materia obstruens discussa iterum in glandulis intestinorum stagnat nisi fortasse inflammatio sit in ipsis intestinis, nam quia est materia inflammativa vasa minora penetrare nequit, stagnat ergo, sit in quo loco, ergo bonum si in glandulis intestinorum iterum hæret, ut igitur quia non amplius in circulum venit dilatando vasa & irritando ad excretionem promoveatur. Ita etiam comparatum est, si suppuratione contingit; si illa enim bona succedit, id est si perfectum pus generatum materia suppurata, si in circulum iterum venit & in loco affecto non excernitur etiam in glandulis intestinorum stagnare potest & dein excerni, & quidem in utrisque casibus bonum est, nam si non in his glandulis vel in renibus, in viscere quodam iterum stagnasset, hæc quia paucissima vel plane nulla habent vasa excretoria novum morbum induxisserent, qui juxta nobilitatem partis affectæ vel visceris ratione periculi variasset. Ergo diarrhœa si indicat quasi discussionem vel suppurationem bonam etiam salutaris est.

§. XXIX.

Ratione diarrhœæ in inflammatoriis febribus contingentis quoque respiciendum est ad locum, ubi hæret inflammatio. Quidem observationes & ratio docent etiam diarrhœam in pleuritide & peripneumonia salutarem fuisse juxta modum jam allegatum, sed scimus quoque in inflammatione præcipue vesicæ & renum rarius occurtere & fere semper in his noxias habere causas. Tamen verum, frequentius occurtere diarrhœam in inflammationibus ventriculi, hepatis & intestino-

stinorum & in his simul magis esse salutarem. Ratio latet in connexione partium, vel etiam habent vasa excretoria in ipsa intestina, vel per vasa sunt arctius conexa cum his, ergo etiam materia obstruens vel discusfa vel suppurata brevi via excerni potest; Hanc ob causam in relatione ad alias inflammations frequenter & salutariter magis occurrit ipsa in splenitide. In his inflammationibus saepissime omnem ponimus spem in diarrhoeam subsequentem, sed quoque observandum quod inflammatio in his facilius transeat in gangrænam & sphacelum, a quo diarrhoea excitata esse potest.

§. XXX.

Si morbus acutus exanthematibus est conjunctus, vel in iis consistit, diarrhoea præcipue reformidatur, deducendo enim humores a peripheria ad interiora magis impedit juxta tempus morbi vel eruptionem exanthematum vel si suppurant, suppurationem earum & legitimam desquamationem. Nunc constat quod in morbis exanthematicis omne punctum fere absolvatur, si exanthemata justo tempore & modo erumpunt, progrediuntur & iterum abeunt. Ergo concludere facile possumus, si diarrhoea tali occurrat tempore & impedit salutarem hanc excretionem semper pro critica habendam & aestimandam, quod sit magis noxia, ergo si salutaris est contrarium præstare debet. Ex consideratione generaliori salutis diarrhearum scimus tempus criticum esse saluberrimum. Crisin sic dictam perfectam rarissime observamus in exanthematicis morbis

E

sed

sed ut antea dictum crisis consistit in ipsis exanthematicis, tamen non nego excretiones particulares quasi semi-criticas. Si diarrhoea ergo accidit quae salutaris est, eo tempore ordinarie evenire debet, quo morbus est in statu, exanthematicis rite erumpentibus & juxta diversitatem eorum vel legitime suppurantibus vel exsiccatis, ut igitur retrocessio eorum non amplius metuenda. Alio tempore si incurrat, quidem non primo intuitu erit sistenda, si in primis exanthemata intacta remanent & vires non prosternt, sed multum salutis haud quoque erit de ea sperandum diarrhoea, tempore critico sive in statu morbi eveniens evacuare potest materiam quae exanthemata antea constituit & in illis mutata est, plerumque est materia viscosa quae commode per intestina evacuari potest, in primis subtiliori parte acri per cutis emunctoria eliminata. Suppuratio in exanthematicis suppurascientibus interdum impeditur, quia serum nimis abundat partibus acribus, nunc quidem diarrhoea acrimoniam non temperat, sed salutaris esse potest auferendo fortasse nimiam quantitatem ferri, ut postea medicamenta partes acres involventia melius actionem suam exercere possint, in tali statu vero diarrhoea non excedere debet, & sufficit una vel altera dejectio liquida.

§. XXXI.

Exstat adhuc morbus exanthematicus in quo praeterea reliquis omnibus diarrhoea reformidatur interdum etiam a peritis medicis sistitur, si non ad omnes circumstan-

stantias attenti sunt, quum potius omni possibili cura eam recte promovere debuissent. In variolis nempe infantum accidit interdum diarrhoea quæ bonæ notæ est. Scimus enim fauces & adjacentes partes interdum variolis esse obseßas, facta suppuratione infantes si infra secundum annum sunt adhuc constituti, hanc materiam viscidam non evomunt sed materia in fauibus hæret & tendit versus inferiora, irritando advoeat majorem affluxum feri, simul vero excitat majorem motum peristalticum, cuius ope hæc materia viscida evacuatur & sic oritur species diarrhoeæ. Facile nunc perspicimus hanc diarrhoeam esse salutarem 1) quia infantes hac materia liberantur & sic via panditur ulteriori excretioni 2) quoque effectus noxi auferuntur metuendi nempe denegatur ingressus & egressus aeris quare etiam experientia docuit, tales infantes, si in primis diarrhoeam sifit medicus vel adstantes ægroto, catarrho suffocativo esse demum defunctos. Medicus prudens ergo qui perspicit, diarrhoeam hanc causam agnoscere, leni laxante eam si necesse est sustinet & facilis perspectu est, cum oculis hunc mucum viscidum videre possumus. Sed particularis est casus & tantummodo ad infantes tenerimos restringendus qui non per os hanc materiam excernunt, ex qualitate etiam excretorum ad causam concludere possumus, cum materia excernatur alba viscida cum fero copiosiori simul commixta, inter etiam sanguineas strias ut materia purulenta bona sit, sed probe distinguere debemus hanc a diarrhoea quæ in-

E 2

pri-

primis in variolis confluentibus obvenit, quæ fere plane est sanguinea & a resolutione maxima humorum a materia acri caustica dependet & clausulam finalem constituit.

§. XXXII.

In nullo morbo adeo dejectiones reformidantur quam in ipsa dysenteria & gravitas morbi & inde dependens periculum fere etiam solum ex ipsa conditione dejectionum est dijudicandum, quo frequentiores enim dejectiones & quo magis dejectiones a statu naturali decedunt eo periculosior status, sed tamen etiam in hoc morbo acuto, qui in ipsis dejectionibus consistit diarrhoea non semper noxios edit effectus sed interdum inde salus est speranda. Sed in hoc casu ad ipsam conditionem fere solum oculum dirigere debemus, quia ea nititur fundamentum salutis & mortis. Diarrhoea ergo salutaris in dysenteria non debet esse nimis frequens ut in omnibus morbis acutis, quum vires in dysentericis jamjam deficientes paulatim defumit, non debet esse nimis sanguinolenta, ex quibus colligendum ad vase disrupta, quorum numerus si acrescat ægri ex amissione nimia sanguinis & defectu virium moriuntur. Quia vero ægrotis nihil magis molestias inducit, quam tormina cum diarrhoea conjuncta & a materia acri excitata, diarrhoea non ita suspicatur, si tormina non ita sœviant. Si igitur diarrhoea per se quoque in dysenteria non salutaris vocanda tamen relative ita accipienda; supponamus enim a vitiis diaetæ magis quam ab aeris qua-

qualitate vitiata esse excitatam diarrhoeam, insignis colluvies materiae peccantis si per viam breviorem eliminatur bonum, antea in majori quantitate in massam sanguinis penetrare possit, ad hoc accedit, quo celerius haec materia eliminatur eo minus temporis ei conceditur ad acquirendam acrimoniam causticam, inflammantem & corrodentem ergo eo respectu diarrhoea salutem adfert. Haec suissent quae de salute diarrhoearum in morbis acutis in medium proferre temporis & virium ratio permisit. Opto benevole lector, ut prolata applausum tuum acquirant.



E 3.

VIRO

VIRO NOBILISSIMO ET PRAESTANTISSIMO
AESTVMATISSIMO QVE
DOMINO DOCTORANDO
PAVLO JOHANNI FRIEDERICO HELMERSHAVSEN
S. P. D.
PRAESES.

Res non parvi momenti medicis concreduntur. Quid enim homini carius pretiosiusque est vita ac integra valetudine, si summi Numinis favorem exceperis? Quid magis mortales in optatis habent, quam ut utraque ipsis sarta rectaque diu maneant, & afflictæ ut tempestive succurratur? Tantum autem abest, ut ejusmodi cupido vitæ longævæ & valetudinis rectæ vituperari debeat, ut potius pro indole a summo humani generis Satore ac statore hominum mentibus insita sit habenda. Medicorum itaque non est arbitrium sed officium, ut quam cautissime circa hæc maxima mortalibus concessa bona agant, neque hæc habeant pro ludibrio, Machiavellisticis artibus magis vanam gloriam lucrumque captantes, quam ad ista bona miséris mortalibus conservanda pro viribus allaborantes. Hinc non modo scientia & prudentia in rebus medicis, verum etiam probitas medicum decet. Quemadmodum enim homo frugis facultates, possessiones & pecunias suas non facile ignaro aut fraudulentemente administrandas committit; ita prudens

prudens quisque de valetudine sua sollicitus a medico
idiota & improbo ac ad fraudem acuto eo magis abhor-
rebit, quo minus illas possessiones terrestres his bonis
nimirum sanitati ac vitae æquiparare licet. Quapro-
pter recte fecisti, Vir Nobilissime, ut nonsolum in hac
nostra Gerana Academia & in aliis exteris celeberrimis
Jenensi, Halensi & Berolinensi eruditionem medicam
indefessa industria Tibi adquirere annixus fueris, sed
etiam a pueritia probissimum Patrem tuum in probi-
tate imitari studueris. De vita igitur Tua tam probe
hucusque peracta, & de studiorum tam amplio profe-
ctu, quantum in omnibus ostendisti examinibus, eo
magis gaudeo, quod spes de Te concepta me sponsori-
rem fidei Tuum non modo frustrata non sit, verum
quoque magis magisque expectationem meam exsuffe-
rare videaris. Inprimis quum diligentiae in patriæ
commota tendentis præmia Tibi hodie jure conferan-
tur cum Doctoris dignitate, hanc Tibi sincero & inge-
nuo ex amore gratulor, atque ut omnes conatus Tui
quam felicissime succedant velim.



Dic

Der Kranke braucht den Arzt vergebens,
Wenn Gott nicht selbst Gedeyen giebt;
Wenn er, der Schutz-Herr unsres Lebens,
Mit Krankheit schlägt und uns betrübt.
Hier fehlt die Kunst, hier hilft kein Wissen;
Umsonst ist Pulver und Tinctur
Und er der Höchste hilft nur
Wenn Arzt und Kunst verstummen müssen.

Mein lang geprestes Kranken-Bette
Dient zum untrüglichen Beweis,
Dass, wenn ich Aesculapen hätte,
Jedemoch ihr bemühter Fleiß
Mich nicht der Hand entreisen würde,
Die mir seit mehr, als zwanzig Jahr
Fast schwere und zu empfindlich war,
Durch die mir aufgelegte Bürde.

Wie? soll man Meditrinen ehren
Da ihre Kunst nicht stets besteht?
Was helfen doch so magre Lehren,
Wo Fleiß und Müh verloren geht?
So mag ein frecher Ummensch fragen,
Der nichts von Gott, als Wunder, heischt
Und bey dem Schmerz der Krankheit kreischt
Den Arzt zum Hohn und zu verklagen.

Ich kenne schon des Höchsten Wege.
Ich weiß, er schlägt und heilet auch,
Doch wenn ich so zu denken pflege:
So denk ich auch, sein alter Brauch
Ist der: er hilft, oft noch am Ende,
Durch kräftige Mittel der Natur.
Und erst erfolgt die Wunder-Cur
Wenn der Natur die Kraft verschwände.

38

Ist dies: so ist auch der zu loben,
Der, um die Heilungs-Kunst bemüht,
Wein über jenen Wahn erhoben,
Auf Kunst und Wissenschaften sieht,
Der fleisig die Natur bemerket
Der Kräuter Kraft erlernt und weiß
Wie er, nächt Gott, durch Kunst und Fleiß
Die kranken Theile wieder stärket.

So müst ich Bruder Dich auch loben.
Du warst um diese Kunst bemüht.
Und da man jetzt des Fleises Proben
Mit Ruhm an Dir belobnen sieht.
So düst ich wohl Dein Lob verbreiten.
Doch statt des Lobes soll allein
Mein guter Wunsch zu Diensten seyn;
Das erste las ich andern Leuten.

Sey stets beglückt zum Heil der Kranken
Dass viel, von Deiner Kunst geheilt,
Dem Schöpfer vor die Hülfe danken
Die er uns durch den Arzt erheilt.
Sey unsre Lust, wenn Deinen Wegen
Der Höchste selbst den Seegen spricht!
Ich bitte Gott und las ihn nicht
Er seegne Dich mit tausend Seegen.

Hierdurch suchte, gegen den Herrn Doctor als
ihren ärzlich geliebten Herrn Bruder sich
ihrer Schuldigkeit einigermassen zu entle-
digen, Dessen einige lebende Halb-Schwe-
ster

R. C. M. Helmershausen.

F

Ramus

Rann ich, Bruder! jezo schwiegen,
Da man Dich durch Fleiß beglückt,
Den Catheder sieht besteigen;
Da der Dokter-Hut Dich schmückt?
Nein! ich fühle Deinetwegen
Sich mein Herz [viel stärker] regen
Und aus der bewegten Brust
Quillt ein ganzer Strohm von Lust.

Dieser meiner Freunde Erise
Fordern mich zum Wünschen auf
Und mein Herz läßt seiner Liebe
Gegen Dich den freyen Lauf:
Dein erlernt und eignes Wissen
Blugheit und Erfahrung müssen
Andern helfend, Dich erhöhn,
Dß wir als Dich Auhmvolll sehn!

Hierdurch wolte seine brüderliche Ergeben-
heit bezeugen

Christian Georg Friedrich Helmershausen.

Es ist ein bloßer Wahn, ein altes Hirn-Gespinst
Dß jeder junger Arzt erst seinen Kirchhof füllt,
Oft hat er, ißt nicht wahr? mehr Wissenschaft und Künste
Als mancher, dem sonst nichts, als sein Recept-Buch gilt.
Dich, Freund! Dich dächt ich wohl zum Zeugniß aufzustellen,
Berlin und Halle zeigt von Deinem seltnen Fleiß
Und Jena mußte schon auch dieses Urtheil fällen
Drum giebt Gerane Dir den wohlverdienten Preis.

Hiermit statet dem Hoch-Edlen und Hochge-
läbten Hn. Doctoranden den schuldigen
Glückwunsch ab Desselben ergebener Diener

Andreas Elias Bölder.
Med. Cand. Erfurtens.

Freund!

Freund! wer die Tugend liebt und Wissenschaften schätzt,
Den ehrt die kluge Welt, der steigt zum EhrenTempel
Gleich so, wie Du, o Freund! da jeso Dein Exempel
Den vorerwähnten Satz in Licht und Wahrheit setzt.
Ich würde, andern gleich, mich Deines Glückes freuen,
Doch da ich längst vorher aus Deinem muntern Fleiß
Dir, was Gerane thut, schon müste prophezeyen:
So wünsch ich: Dieses sey nur erst der Anfangs Preis!

Mit diesem wollte dem Herrn Neo-Doctor
die Gesinnung der aufrichtigsten Freundschaft und Ergebenheit zu erkennen geben,
und sich Dessen fernere Gewogenheit ausbitten

August Carl Naumburg

Rev. M. C.

Palmam promeritam Tibi quis, Doctissime Amice,
Atque coronam adimet? nam fidum fronte serena &
Dulcem Te dicit natum præsignis Hygea,
A fautrice Tibi cito templum aperitur honoris;
Hoc intra dignus, dignum comitantur amici
Plaudentes gressus, sincera & voce canentes:
Viue Tibi, patriæ & nobis, viue usque valeque!

Hæc pauca Nobilissimo atque Doctissimo Dn.
DOCTORANDO, Amico affamatissimo
in amicitia hand facata tessera tradidunt

W. I.] M.
I. S. } M.

Freund!

Freund! soll ich Deinen Ruhm bey Deinem Glück verschweigen,
Zu dem Dich Fleiß und Müh und Eugend längst erhob;
Nein! Dieser Lohn ist stets dem Fleiß und Eugend eigen,
Wer wahre Weisheit schätzt verdient ein würdig Lob.
Doch, warum soll ich das noch erst mit Worten sagen,
Was einem jedem schon leicht in die Augen fällt?
Dass man Dich jetzt erhebt den Doktor-Hut zu tragen,
Beweiset, dass man Dich desselben würdig hält.
Dein Glücke wückt in mir ein zärtliches Vergnügen,
Das seine Redlichkeit durch diesen Wunsch beweist:
Dich, Hochgelahrter Freund! erfülle Gottes Fügen
Mit allem, was man Glück und wahres Wosleyh heißt.

J. Ch. Frobenius,
R. M. E. C.



01 A 6530



W0184ecA 92



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Centimetres

Inches

Farbkarte #13

TIO INAVGVRALIS MEDICA

DE

RRHOEIS
BIS ACVTIS SA-
VTARIBVSQVAM
NSV ET AVCTORITATE
MEDICORVM ORDINIS

PRAESIDE

HERM. PAVL. IVCH

CRI PALATII CAESAREI COMITE,
DECANO ET SENIORE PATHOLOGIAE ET PRAXEOS
T ADSESSORE PRIMARIO SERENISSIMORVM SAXONIAE
S ET GOTHANI CONSELLARIO AVLICO ET AR-
C NON ACADEMIAE CAESAREAE NATVRAE
CVRIOSORVM COLLEGAPROMOTORE SVO AETATEM
DEVENERANDO

RADV DOCTORIS

MEDICINA HONORIBVS ET PRIVI-
LEGITIME CONSEQUENDIS

AUDITORVM EXAMINI SVBMITTIT

AVCTOR

JOHANNES FRIDERICVS
HELMERSHAVSEN

ERFVRTENSIS.

AJ. COLLEG. MAJOR. HOR. CONSvet.
Die IV. Iunii M DCCLVI.

itteris HERINGIANIS, ACAD. TYPOGR.